



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Symmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Præscriptio quandoque licita quandoque illicita est.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41716

ditores, aut animarum fructum de quo est magis sollicitus, si fructuosè aut si gratiosè auditur, & sic cognoscet quanta rectitudine vel perversitate affectus tenetur: ac per hoc quantum peccat: quia quanto magis sinister oculus ipsum sollicitat quàm dexter, tanto magis sibi met homo mentitur, tribuens sinistro oculo illud in quo dextri sollicitudo superatur.

Ad hoc autem caput spectant quæcunque gestulationes, cantilenæ, & huiusmodi, quæ fiunt ut placeant hominibus. Sextum est, immiscere prædicationi facetas fabellas delectandi gratia. Quod beatus Ambrosius reprehendit: quia non debent in tam graui actione de rebus tam arduis qualia sunt diuina, verba immisceri iocosa & ridicula. Communiter autem est hoc veniale: cauendum tamen ob reuerentiam diuini verbi.

PRælatorum peculiaria peccata vide in verbo, Episcopus.

Præscriptio quandoque licita quandoque illicita est.

PRæscriptio legitima. (hoc est cum bona fide possessio tanto tempore ut iura canonica approbat &c.) ius parit in foro conscientiae: ita ut sine peccato post retineatur etiam si postea sciatur fuisse alienum: quia auctoritate legum rationabilium (utpote pro communi bono sancitarum) factus est dominus præscriptarum legitimè rerum.

Opus ultra suam facultatem aggrediens tanquam præsumptuosus, maximum incurrit vitium.

PRæsumptio (qua homo actu interiore vel exterioriore aggreditur opus excedens suam facultatem quasi non excedat, sed sit sibi commensuratum) peccatum

Et 3 tum